



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, 1680**

8. An aliqui præter Episcopos possint absolvere ab excommunicatione  
incurta propter abortum foetus animati? Et p. 7. tr. 5. res. 16.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)



Provinciales non sint deputati? Ex part. 7. tract. 5. Refol. 15.

**R**espondeo solus Papa in terminis Bullæ Sixti V. quam tamen postea moderavit Gregorius XI V. & idèd nunc in foro interno potest quilibet Confessarius approbatus ab Ordinario, & ad id specialiter deputatus à dicta excommunicatione absolvere. Cæterum ut observat Mazuchellus tractat. de cas. refer. disputat. 2. cap. 3. quest. 1. num. 2. pro absolutione in foro exteriori obtinenda recurrendum est ad summum Pontificem, cui ea est reservata. Et licet P. Thefaurus in praxi, parte 2. cap. 1. num. 1. asserat pro absolutione hujus censuræ non esse recurrendum ad Sedem Apostolicam, cum hodie sit reservata locorum Ordinariis, tamen hoc intelligendum est pro foro conscientie.

2. Sed difficultas est, quisnam dicatur Confessarius specialiter deputatus, ut possit absolvere ab excommunicatione incurta propter abortum? Respondet sic Bonacina tom. 3. disputat. 2. question. 2. punct. 10. numero 16. Dico non solum eum censeri ad hos casus specialiter deputatum, qui facultatem habet absolvendi in individuo ab excommunicatione propter abortum contracta, verum etiam qui facultatem habet absolvendi ab omnibus censuris, & excommunicationibus Episcopo reservatis: nam in hujusmodi facultate hic etiam comprehenditur videtur; illa enim particula, specialiter non est adjecta ad excludendam absolutionem ab aliis censuris, sed ad indicandum, non posse quemquam virtute alicujus facultatis absolvere, nisi ea facultas ad hos etiam casus extendatur: non enim sufficit facultas absolvendi ab aliquo casu ab hoc distincto; facultas verò absolvendi ab omnibus casibus reservatis Episcopo, si distributive explicetur, proculdubio casum abortus specialiter comprehendit. Hac de causa censo Pœnitentiarios Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolanæ, privilegium habentes absolvendi ab omnibus censuris Episcopo reservatis posse beneficium absolutionis ab hac censura conferre: tum quia sunt specialiter deputati ad censuras, & casus reservatos: tum quia sic usu receptum est. Quamvis ego aliàs de hac re non leve dubium haberem, dum Pœnitentiarij munus in præfata Ecclesiâ obirent. Ita Bonacina.

3. Vnde Machadus de perfect. Confessor. tom. 3. lib. 2. cap. 3. tractat. 17. docum. 9. numero 5. sic ait. [Quien sea confessor deputado espialmente para poder absolner desta descomunion en conformidad de lo dispuesto por la dicha constitucion de Gregorio XI V. no consta della. Si bien Bonacina ensena por doctrina cierta, que no solo se deve tener por Confessor espialmente deputado; el que tuviere facultad del Obispo para absolver deste pecado, y descomunion; sino tambien el que tuviere general facultad, para absolver de todos los casos, y descomuniones reservadas al Obispo; por que aquella palabra specialiter, no la puso el Pontifice para excluir la absolucion de las demas censuras, sino para mostrar, que era necessaria facultad, que tambien comprehendiesse este caso, y absolucion.] Ita ille Vide etiam nostrum P. Alphonsum de Leone de censur. Recollet. 7. num. 50.

2. Verum Mazuchellus ubi supra, tract. de cas. refer. disputat. 2. cap. 5. difficult. 4. num. 68. probabiliter hanc sententiam Bonacina existimaret, si verba Bullæ Gregorij XI V. in contrarium non obstarant, asserentis facultatem absolvendi in foro conscientie ab hoc casu penes eum Confessarium tantum esse, qui specialiter sit per Episcopum, ad hunc casum deputatus. Vnde à fortiori venit refel-

lendus Ioachimus Brunus in resolut. cas. reservat. dubitat. 11. sect. 3. num. 90. asserens, quod Constitutio Gregoriana concessit, ut quilibet Sacerdos ab Ordinario approbatus ad confessiones audiendas possit absolvere ab excommunicatione incurta ex abortu in foro conscientie. Sed est hoc falsum, ut supra probavimus, ut patet ex Fillucio tom. 1. tractat. 29. cap. 6. num. 100. qui asserit ex Constitutione Gregoriana abortum esse casum reservatum Episcopo: Ergo contra Brunum non potest Confessarius ordinarius illum absolvere.

5. Quæ quidem sunt adeo vera, ut loquens de Confessariis Religiosis sic asserat Villalobos in Sum. tom. 1. tractat. 12. difficult. 14. numero 4. [Mas el que procurasse el aborto, estando animada la criatura, siguiendo el efecto incurre en descomunion y irregularidad, mas puede absolver del pecado, y descomunion qualquiera Confessor aprobado por el Ordinario, y deputado espialmente para esto. Y los Confesores Religiosos, aunque por sus privilegios, puedan absolver de los pecados, y censuras reservadas al Papa, & al Obispo, como se dixo arriba: parece que tienen necesidad para este caso, de estar deputados espialmente por sus Provinciales como dize el Padre Portel: Porque Sixto Quinto, quanto a esto revoco los privilegios de los Religiosos, y Gregorio XI V. lo concedio con esta moderacion.] Ita ille, cui adde Zambellum in Repert. moral. verb. Abortus, num. 2. ideo non est recedendum ab hac sententia: quam etiam novissimè docet Novarius in Summ. Bull. tom. 2. tit. de abortu, num. 13. ubi sic ait, Subamplia; quod Confessores clerici, etiam si sint approbati, non tamen poterunt absolvere ab ista excommunicatione, nisi fuerint ad id specialiter deputati ab Episcopo, ex quo Gregor. XI V. expresse statuit debere esse Confessores ad id specialiter; unde Confessores regulares non possunt ab ista excommunicatione absolvere, nisi specialiter per suos Provinciales deputentur. Ita Novarius, & Trullench in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. num. 8. Videant igitur Confessarij quid faciant.

6. Nota tamen hic obiter Portel. in dub. regul. ver. abortus, num. 6. docere non posse Confessarium secularem absolvere pœnitentem qui commisit abortum fœtus animati, quia jam est homicidium, & homicidium jure communi est reservatum Episcopo; sed hoc alii non admittunt, putantes hodie casus reservatos de jure non esse amplius ex praxi reservatos Episcopis, sed de hoc alibi.

Alibi in to. 7. tr. 1. ref. 169 §. Nota quarto. &c.

## RESOL. VIII.

An aliqui præter Episcopos possint absolvere ab excommunicatione incurta propter abortum fœtus animati? Ex p. 7. tract. 5. Ref. 16.

**§. 1.** **A**d hanc quæst. me citato respondet P. Thef. in praxi part. 2. cap. 1. num. 1. Poterunt etiam Prælati Episcopalem jurisdictionem habentes suos subditos absolvere. Roderic. 99. regular. 33. art. 4. tom. 2. Carolus de cas. ref. tit. de Abortu, num. 10. Addit Diana resol. 13. tract. 2. part. 3. §. not. 4. cum Sanchez, & Marullo, quod habentes privilegia absolvendi à censuris quibuscumque etiam Sedi Apostolicæ reservatis, poterunt absolvere à præfata censura: quavis enim ex decreto Sacre Congregationis, de quo dixi, verb. absolutio, capit. 3. isti non possint absolvere à casibus, quos Ordinarij locorum ipsi sibi reservabunt, tamen illud decretum non loquitur de casibus, qui sunt reservati Ordinariis à jure Pontificio, ut patet. Cæterum sæpe solent Ordinarij locorum

Quæ nunc est in to. 7. tr. 1. ref. 169 §. Nota quarto & magis late in alia ref. ejus annot. & hic sup. lege doctr. præcedentis ref. signanter §. Quæ quidè.



rum casum abortus sibi reservare, idè tunc non poterunt privilegiati absolvere.

## RESOL. IX.

*An Episcopus possit dispensare hodie in irregularitate contracta ex abortu?*

*Et observatur, quod supplicans in Sacra Pœnitentiaria in casu videlicet occulto pro dispensatione super irregularitate ex abortu, debet exprimere, si erat factus à se genitus, alias gratia erit subreptitia. Ex p. 7. tract. 5. Ref. 21.*

§. 1. **R**espondet affirmativè Novarius in *summa Bullarum tom. 2. tit. de Abortu, num. 21*, ubi sic ait, Declaratur primò, ut possint hodie Ordinarij cum subditis dispensare in irregularitate cum subdito contracta ex abortu animato, sequuto effectu, dummodo tamen crimen fuerit occultum, ut in terminis declaravit Sacra Congregatio. Ita ille. Sed cum irregularitas abortus oriatur ex homicidio voluntario ad illam non se extendit auctoritas Episcopi; unde miror quo pacto potuit hoc asserere Novarius; & adducere Declarationem Sacræ Congregationis. Imò P. Thesaurus in *Praxi part. 2. cap. 1. in fine* observat, quod supplicans in Sacra Pœnitentiaria, in casu videlicet occulto, pro dispensatione super irregularitate ex abortu, debet exprimere si erat factus à se genitus; aliàs gratia esset subreptitia, ut patet ex stylo, & facultatibus Sacræ Pœnitentiariæ, in quibus major in hoc casu ponitur difficultas, ad dispensandum; quod etiam docet novissimè noster doctus & amicissimus P. Alphonsus de Leone de *Censur. recollect. num. 58*.

## RESOL. X.

*An Prælati Regulares possint dispensare in irregularitate suorum subditorum contracta ex abortu animato?*

*Et quid, si homicidium est occultum apud saculares, & manifestum apud Fratres an possint Prælati Regulares adhuc in illo dispensare? Ex part. 4. tractat. 2. Ref. 87.*

Sup. hoc in ref. seq. & lege ref. not. 2. præcitæ ref. **§. 1.** **N**egativam sententiam docet Emanuel Rodriguez in *quæst. regul. tom. 2. quæst. 33. art. 4.* quia, ait ille, tale homicidium est nimis qualificatum, unde si quis petiit dispensationem à Papa quod occiderit hominem, tacendo fuisse Clericum occisum, non inanet dispensatus, quia homicidium Clerici est magis qualificatum. Ergo, &c.

2. Sed aliqui putant contrariam sententiam esse probabilem; dicunt igitur in supradicta irregularitate posse Prælatos regulares dispensare, dummodo sit occulta, quamvis Aloyus Vega in *summa tom. 2. cap. 15. cas. 6.* teneant quod si homicidium est occultum apud saculares, & manifestum apud Fratres, possunt adhuc Prælati in illo dispensare; sed non posse quando est notorium, ita ut possit probari in iudicio, docet Miranda *tom. 2. quæst. 8. art. 10. conclus. 2.* Et ita hanc sententiam affirmativam tenet Laurentius Portel in *dubii Regularium, ver. Abortus, num. 10.* & post illum Villalobos in *summa tom. 2. tract. 12. diffi. 14. num. 6.* & Hieronymus Rodriq. in *compend. qq. reg. resol. 4. n. 6.* & respondent ad argumentum Rodriq. dicunt igitur quod Ecclesia non ponit irregularitatem ob gravius

Sup. hoc in tom. 3. tit. 2. & qualificatum peccatum, & ad exemplum de homicidio Clerici, asserunt cum Castro Palao in *opere morali tom. 1. tractat. 3. diffus. 6. punct. 16. §. 4. num. 16.* non esse

necessarium in dispensatione illius qualitatis manifestationem, quia ad irregularitatem est omnino extrinsecum, & per accidens occisum fuisse Clericum, non enim ob sacrilegium, sed ob defectum perfectæ lenitatis imponitur, qui defectus in quacumque hominis occisione repetitur: Ergo, &c. Sed his non obstantibus non est recedendum à contraria sententia, quicquid sit an possit dispensare in irregularitate homicidij voluntarij.

3. Nota verò quòd post hæc scripta inveni Hieronymum Rodriq. in *compend. qq. regul. ubi supra, resol. 4. num. 15.* docere probabilem satis esse sententiam Alphonsi de Vega asserentis, ut diximus, posse Prælatos dispensare in irregularitate abortus etiam si manifesta & notoria apud Fratres; sed tu ne recedas à prima sententia, maxime quòd intelligo, si verum est, hoc privilegium esse vivæ vocis oraculum, quod vide.

## RESOL. XI.

*An Superiores Regulares possint dispensare cum subditis in irregularitate occulta ex abortu animato?*

*Et an hoc extendatur ad quodcumque homicidium voluntarium?*

*Et an Prælati possint committere uni Confessorio subdito hanc dispensationem?*

*Et an dicti Prælati possint habitare ad officia suos Religiosos etiam pro foro externo, & sine debito ab excommunicatione absolvere? Ex part. 7. tract. 5. Ref. 22.*

§. 1. **R**espondet affirmativè Villalobos in *sum. tom. 2. sup. hoc tract. 12. diffi. 14. num. 6.* ubi sic ait, (Hæc est præsentia de advertit, quanto a los Religiosos, que por un privilegio de Martino V. concedido al Prior de San Benito de Valladolid, que despues se estiendo a todos los Prioros, o Abades de todos los Monasterios de la Congregacion de España, el qual referimos arriba, pueden los Prelados, aunque sean conventuales, de todas las Religiones que comunican este privilegio dispensar en la irregularidad que nace de homicidio voluntario, siendo occulto, como alli queda dicho, donde dixi-San. habito mos con el Padre Cordova, que se estiendo a qual- officio de dispensar se ha de interpretar latamente, como 3. m. p. de en esta irregularidad, mayormente que la potestad de dispensar se de no se estiendo esta potestad a este homicidio, por 8. p. m. p. se dixo arriba, y assi tiene esta opinion el Padre Portel contra el Padre Fr. Manuel Rodriguez, que dize, que no se estiendo esta potestad a este homicidio, por 8. p. m. p. ser calificado, que muere el niño, y tambien se con- ad munda dena el alma porque no se bautiza. Mas este fundamento no es bastante por lo que queda dicho, y tambien que lo mismo es matar à un adulto, que està en pecado mortal, y no obstante ello, se puede dispensar. Ni tampoco obsta, que Sixto V. dize en su constitucion: que no puedan dispensar los Prelados regulares por sus privilegios, lo qual no moderò Gregorio XIV. pot que como Clemente VIII. confirmò despues nuestros privilegios, ex certa scientia, ya tiene fuerza de nueva concessio como dize el Padre Portel, con otros.] Hæc ille cui adde Zambellù in *Reper. Mor. ver. Abortus, num. 3.* Sic asserentem: Abortum factus animati procurans etiam sequuto effectu potest obtinere dispensationem ab irregularitate à suo Prælato non obstante quod sit homicidium voluntarium dummodo sit secretum, & potest Prælati committere alteri hanc dispensationem.

2. Et tandem Bordonus in *consil. Regular. resol. 13. quæst. 5. num. 19.* solidè probat, quòd Prælati Regulares